



Decisiones Sacramentales, Theologicæ, Canonicae, & Legales

In Quibus Tota materia Sacramentorum, Theologiæ Moralis, Juris Canonici, & Quæstiones plurimæ Juris Civilis explicantur, dilucidantur, & traduntur, Eruditionibus, Historiis, & Exemplis adornatæ ; Opus Episcopis, Vicariis, Parochis, Confessariis, aliisque Studiosis utile, ac jucundum In Libris novem ...

De Venerabili Eucharistiæ Sacramento Decisiones Theologico-Legales

Chiericato, Giovanni Maria

Augustæ Vindelicorum, 1730

Decisionis XXVIII. Ad Junii primum Casum. Argumentum. Examinatur: an sit communicandus concubinarius, qui profitetur, non ampliùs tangere concubinam, sed pro gubernio domus eam tenere? Exponitur hoc ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94643](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94643)

Vestis Christi; quod prosequitur Collius *dist. dist. 9. cap. 4. & seqq.* Placet tamen mihi conciliatio relata per Lessium *dist. qu. 76. num. 54.* dicentem; esse quidem possibile Deo, destructis dimensionibus, & ceteris qualitatibus specierum Sacramentalium, substituere ibi veram carnem naturalem, atque sanguinem, totumque Corpus Christi Domini: sed credendam esse id non fieri. *Primo*, quia interdum ista species Carnis, & Sanguinis diu perseverat, & sensim nigrescit, & corrumpitur, ut patet in multis locis; Corpus autem Domini, & Sanguis est incorruptibilis. *Secundo*, quia ubicunque est Corpus Domini, ibi etiam est Sanguis, & anima juxta Concilium Trident. *sess. 13. cap. 3.* nam partes Domini nunquam amplius separabuntur; Atqui non est probabile in illa portiuncula carnis tot annis manere Sanguinem, & Animam ejus. *Tertio*, quia non est credibile, quando Sanguis miraculose manet ex Hostia, esse Sanguinem Domini in propria specie naturali; nam Sanguis Domini non potest esse extra venas, & manere extra corpus. Est igitur dicendum, esse quiddam miraculo effectum, ad significandum ibi latere Corpus vivum habens carnem, & Sanguinem; & adorandum fore tanquam signum, & vestigium veri Corporis latentis Christi Domini, non per latrariam, nisi ad cautelam in theca carnis miraculose, seu sanguinis, reponatur Hostia consecrata; ut advertit Marcantius in *cit. Candelabro Myst. trat. 4. lect. 6. propos. prima in fine.*

Quinta Conclusio: In prædictis apparitionibus, & mutationibus consecratæ Hostiæ in Carnem, vel Sanguinem, Sacerdos non est obligatus dictam Carnem, vel Sanguinem miraculosum manducare, vel bibere; sed in Sacrario reponere. An autem debeat novam hostiam, & vinum consecrare? relinquitur in arbitrio ejusdem Sacerdotis, ut tradunt Valentia *dist. punct. primo in fine.* Lessius *dist. quæst. 76. num. 55.* Card. Toletus in *Summa lib. 2. cap. 9. n. 3.* Abely *d. p. 2. tract. 1. cap. 4. sect. 5. §. 3. in fine.* & Quartus ubi supra *dub. 5.*

DECISIONIS XXVIII.

Ad Junii primum Casum.

ARGUMENTUM.

Examinatur, an sit communicandus concubinaris, qui proficitur non amplius tangere concubinam, sed pro gubernio domus eam tenere? Exponitur hoc nomen concubina, declarando, quid Jus Canonicum antiquum, quid Jus Civile, quid Ecclesia hoc tempore intelligat pro concubina? An polygamia esset licita apud Gentiles, & apud Judæos? Casus propositus negativè resolvitur pluribus rationibus.

SUMMARIUM.

- 1 Concubina an olim permixta?
- 2 Concubina in testamento veteri quomodo permixta?
- 3 Concubinatus permixtus de Jure Civili Pandectarum.

Doct. Clericali Tom. 1. Lib. II.

- 4 Concubinatus an sit contra charitatem Dei, vel proximi? & n. 26.
- 5 Concubinaris, non ejecta è domo concubina, non est admittendus ad Sacramenta.
- 6 Fornicatio est peccatum mortale.
- 7 Hæreticum est asserere licitam copulam carnalem extra matrimonium.
- 8 Concubinaris semper fuit damnatus à Jure Canonico.
- 9 Concubinatus prohibitus etiam à Jure Civili.
- 10 Concubinaris sunt excommunicandi.
- 11 SS. Augustinus, & Jo. Chrysostomus, invehebant contra concubinaris.
- 12 Concubina è domo ejicienda.
- 13 Ejicere significat longè expellere.
- 14 Occasionem proximam peccandi qui non fugit, non est capax Sacramentorum.
- 15 Publicus peccator, etsi confessus, nisi tollat scandalum, non est communicandus.
- 16 Concubinaris, etsi dicat non tangere amplius concubinam domi sua stantem, non est absolvendus.
- 17 Confessarii in Diocesi Patavina habent expressam prohibitionem absolvendi concubinaris; nisi actualiter dimissa concubina.
- 18 Edictum Eminent. Cardin. Barbadii Episcopi Patavini circa concubinaris.
- 19 Cap. Is qui, & cap. Christiano distinct. 34. declarantur.
- 20 Concubina olim erat vera uxor, sed ducta absque solemnitatibus juris.
- 21 Doctor dicens, licitum esse habere concubinam secundum Canones, fuit à Sancta Inquisitione processus, & correptus.
- 22 Polygamia permixta in Veteri Testamento, ex Divina dispensatione.
- 23 Afri libidinosi.
- 24 Polygamia inter gentes an esset peccatum?
- 25 Concubinatus de Jure Civili nunc non est permixtus, nisi quoad successionem filiorum.
- 26 Concubinatus est contra charitatem Dei, ac proximi.
- 27 Opinio est damnata, quod sit licitum tenere concubinam, etiam copula cessante.
- 28 Concubina prius ejicienda, deinde impertinenda absolutio.

PRIMUS CASUS.

Concubinaris proficitur, non amplius tangere concubinam, sed pro domus gubernio eam tenere, & sui, ac ipsius conscientiam expiasset Sacramento Pœnitentiæ. Petit Communionem. Quæritur, an communicandus?

Disputationis gratia videtur respondendum affirmativè ex sequentibus.

Primo: ex cap. Is, qui *dist. 34.* ubi in Concilio Toletano censetur approbatus usus concubinæ inter personas solutas; ait enim: *Is, qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, à Communionem non repellatur:* tamen, ut unus mulieris, aut uxoris, aut concubina sit conjunctione contentus.

Secundo: ex cap. Christiano ead. *dist. 34.* ubi S. Isidorus ita loquitur: Christiano non dicam plurimas, sed nec duas simul habere licitum est; nisi unam tantum aut uxorem; aut certè loco uxoris (si conjux deest) concubinam. Ergo qui unam tantum habet non est à Communionem repellendus.

L

Tertio:

Tertio: ex exemplis SS. Patrum in Veteri Testamento, quibus licitus erat usus concubinarum; nam de Abrahamo legitur: *Deditque Abraham cuncta, quae possederat, Isaac; filiis autem concubinarum largitus est munera. Gen. 25. 6.* De Geodeone refertur: *Concubina autem illius, quam habebat in Sichem, genuit ei filium nomine Abimelech. Judic. 8. 31.* Et de Rege David, fugiente impetum Absalonis: *Egressus est ergo Rex, & universae domus ejus pedibus suis, & reliquit Rex decem concubinas ad custodiendam domum. 2. Reg. 15. 16.* De Salomone autem: *Fueruntque ei uxores quasi Regina septingentae; & concubinae trecentae. 3. Reg. 11.* Et passim de aliis.

Quarto: ex Sermone S. Augustini Dominic. 22. 3 post Pentecost. ubi disertissime narrat, Episcopos Africanos, ob temporum iniquitatem, & peccantium multitudinem, permisisse usum concubinarum, atque ad Sacram Communionem admisisse concubinos; idque factum fuisse in Hispania, ob effrenatam libidinem virorum, de qua Salvian. Episcopus Massilien. lib. 7. de Providentia, deducit Ferdinand. de Mendoza libr. 1. de Confirm. Concil. Illiber. cap. 8. ut refert Barbof. in Collectan. DD. ad d. cap. 15. cui, diff. 34.

Quinto: ex Jure Civili Pandectarum, à quo non improbat concubinitus inter personas solutas. l. 1. §. 3. & toto tit. ff. de Concub. l. Item legato 47. §. Parvi, ff. de legat. 3. l. Massurius ff. de Verb. Signif. Bartol. in l. 3. ff. de Concubin. Menoch. de Arbitr. Judic. cas. 418. n. 21. Cevall. contra com. qu. 295. & Ricciul. de Personis, quae in statu reprobo lib. 3. cap. 8.

Sexto ex ratione: nam concubinam habere non videtur esse contra charitatem Dei, quia 4 copula carnalis non est directe peccatum contra Deum; neque contra charitatem proximi, & praecipue prolis nascitur; nam supponimus, concubinarium velle educare, & curam habere filiorum, ex concubina suscipiendorum; ut videmus in praxi. Sed quod non est contra charitatem Dei, vel proximi, non est peccatum mortale. S. Thom. 2. 2. q. 154. art. 2. Ergo.

Septimo: tanto minus, quia concubinarium, de quo in casu, proficitur, non amplius tangere concubinam, sed pro domus gubernio eam tenere, quo casu plurimi Theologi censent, id ei permittendum, maxime si concubinitus non fuisset publicus, sed secretus; ut conatur probare Sancius in Selectis disput. 10. per totam. Tabiena verb. Concubinitus n. 2. Castropal. tom. 1. tract. 2. disp. 2. punct. 9. num. 15. & alii, quos citat Summa Diana verb. Confessarius quoad examen num. 32.

His tamen minime obstantibus dicendum, & tenendum est, concubinarium sive publicum, sive 5 secretum, non dimissa, ejusque concubina, reperiiri in statu peccati mortalis, & per consequens non posse admitti ad Sacram Eucharistiam percipiendam.

Primo: Quia concubinitus idem est, ac continua fornicatio; immò tanto detestabilior, quanto 6 magis est habitata, & familiaris. Covarruvias de Spons. part. 2. §. 4. cap. 8. n. 3. Gratian. discept. forens. cap. 31. num. 5. Sed fornicatio est peccatum mortale; juxta illud Tob. 4. Attende tibi ab omni fornicatione, & Apostoli ad Galat. 5. 19. Manifesta sunt autem opera carnis, quae sunt fornicatio,

immunditia, impudicitia, luxuria &c. Qui talia agunt, regnum Dei non consequentur, & 1. Cor. 16. 18. Fugite fornicationem. Ergo.

Secundo: Quia haereticum est asserere, quod concubitus carnalis, extra matrimonium, sit licitus. Clem. Ad nostrum 3. de Haeretic. ubi damnatur error consimilis Beguardorum, & Beguinarum, quem antiquitus profitebantur haeretici Nicolaitae, ut advertit Salesles de S. Inquisit. tom. 2. lib. 3. cap. 5. n. 112. Et novissime decisum est Sacro Concil. Trident. contra concubenarios sess. 24. de Refor. Matrim. cap. 8. Ricciul. de Personis in statu reprobo lib. 3. cap. 8. num. 15.

Tertio: Quia semper Jus Canonicum damnavit concubinitus, & detentionem mulierum non uxorum; cap. Concubina, cap. Ancillam, & cap. Non omnis 32. q. 2. cap. Nemo. cap. Dicat aliquis, & cap. Meretrices 32. qu. 4. cap. Audite 6. ibi: Concubinas vobis habere non licet; & si non habetis uxores; tamen non licet vobis habere concubinas. diff. 34. Quod ex professo deducunt, & probant Bermon. de Public. concubin. in verb. Et cum omnis fornicationis crimen n. 4. §. 6. Menoch. de Arbitr. Jud. casu 418. à num. 14. & segg. Farinac. de delictis carnis qu. 138. n. 27. 28. & 29. & Abb. in cap. Cum per Venerabilem n. 31. Qui filii sint legitimi.

Quarto: Quia concubinitus est etiam prohibitus de Jure Civili, tum quia per ipsum jus in 9 probatur fornicatio, & illicitus concubitus extra matrimonium, l. Panthonium, ff. si à parente quis fuerit manumissus. l. Palam ff. de Ritu Nuptiar. l. 4. ff. de condit. ob turp. caus. l. Imperialis. C. de Nuptiis. Tum etiam, quia qui vivit in concubinato, vivit in peccato mortali. §. Illud. Auth. Quibus modis Natur. eff. sui cap. 1. de filiis natis ex matrimonio, ad Marganic. contract. in sub. feudor. Et ita sentiunt plurimi Professores Juris Civilis, quos cumulat Farinac. in cit. q. 138. n. 31. Cevall. in com. contra commun. quest. 295. Mandos. cons. 102. n. 8. Menoch. cons. 461. num. 20. Mantica de Conject. ult. Vol. lib. 11. tit. 9. num. 3. & Ricciul. in d. lib. 3. cap. 8. n. 5.

Quinto: Quia tantum abest, posse admitti ad Sacram Communionem concubenarios, quod immò 10 ipsi sunt excommunicandi, tum ex sacris Canonibus, & Conciliis antiquis; relatis per Eminent. Card. de Lancia disp. 24. de Matrim. à n. 160. & segg. tum praecipue ex Sacro Concilio Tridentino cit. sess. 24. de Refor. Matrim. cap. 8. praemissa tamen trina monitione; quam servare non oportebit, si procedendum sit ad alias penas; videlicet carceris, exilii, aut pecuniariam contra eosdem concubenarios, ut advertunt Panimoll. decis. 17. Annot. 1. n. 65. Diana part. 1. tract. 2. resol. 88. alias 87. quae in Coordinato est tom. 9. tract. 2. ref. 292.

Sexto: Quia Sancti Patres nunquam toleraverunt concubenarios detinentes apud se concubinas; sed eos semper, & incessanter increparunt, donec eas dimitterent. Sic S. Augustin. 243. de Castitate Conjug. ibi: Coram Deo, & Angelis contestor, & ista mala semper prohibuisse, & nunquam ea placita fuisse, quia praecipue temporibus Christianis concubinas habere nunquam licuit, nunquam licebit. Quod repetit lib. 5. Homiliar. hom. 49. quae habetur in diff. 34. cap. Audite. Dnas tantum vias, ut viri cohabitent cum mulieribus ait S. Jo. Chrys. Serm. contra concubenarios, his verbis:

Una

Una quidem vetus, ac iusta, rationique consentanea, matrimonium, quod à Deo Legislatore est institutum. Altera posterior, & iniusta, ac legi adversa, nempe concubinatus, sive stuprum; quod à malignis demonibus introductum est.

- Septimò: Quia tanquam necessarium requisitum, sine quo non potest concubinarius effugere culpam coram Deo, & penas inflictas ab Ecclesia, est dimissio concubinæ, & totalis ab ea separatio, ut advertit Concil. Trident. cit. sess. 24. cap. 8. de Ref. Matr. ibi: Si concubinas non ejecerint, sequæ ab earum consuetudine non sejunxerint, unde non sunt audiendi, si dicant eas non amplius tangere carnaliter, sed ex alio honesto motivo illas secum detinere; nam oportet, ut eas dimittant, & se totaliter separent, siquidem ejicere significat extra domum projicere, & omnino expellere, c. Vidua 16. dist. 34. exemplo demonum, & spirituum immundorum, qui coacti egredi è corporibus dicuntur ejecti, juxta illud: Erat Jesus ejiciens demonium, & illud erat mutum. Et cum eiecisset demonium locutus est mutus. Luc. 11. 14. est igitur primum ejicienda concubina extra domum, deinde os aperiendum in Confessione, & ad Communionem.

- Octavò: Ratio autem est manifesta; nam concubinarius etiam occultus convincitur non habere propositum verum se emendandi, dum vult vivere in occasione proxima peccati, qualis est de tentio concubinæ, cum qua fuit solitus peccare; & ideo regula Juris, & bonorum Auctorum est: neganda esse Sacramenta illi, qui recusat ab occasione proxima peccandi se retrahere, etsi patiat magnam aliquod detrimentum. Suarez de Pœnitent. diff. 32. sect. 2. in fine. Grassius in Decis. Andreæ part. 1. lib. 1. cap. 28. n. 23. Reginald. in Praxi Pœnit. tom. 1. lib. 8. n. 19. Navar. in Summa c. 3. n. 21. & Emin. Cardin. de Lugo de Pœnitent. diff. 14. num. 156. & num. 157. ubi hanc aliam reddit rationem, scilicet, quia velle perseverare scienter in tali occasione proxima peccati mortalis, est novum peccatum mortale; obligatio enim non peccandi mortaliter affert obligationem vitandi periculum proximum peccandi mortaliter, cui obligationi, non satisfacit; qui, cum possit, non vult relinquere occasionem proximam; & ideo non absolvitur, quia constat, illum non habere propositum non peccandi, cum aliu peccet non vitando illam occasionem proximam, quam sub peccato tenetur relinquere. Hoc ipsum fortissimis rationibus probat Eminent. Card. de Lauræa in 4. sentent. tom. 2. diff. 12. de Pœnit. art. 9. ubi n. 228. arguit nolentem relinquere occasionem proximam peccandi non habere propositum sufficiens pro validitate Confessionis; ita dicens: Propositum consistit in hoc, ut sit volitio non peccandi amplius: sed qui non decernit causam proximam peccati relinquere, non habet talem volitionem; quia vult effectum, qui vult causam proximam, & non odit effectum, qui causam proximam non odit.

- Nonò non est danda Sacra Eucharistia concubinarius, de quo in casu, quia ulterius extat scandalum inter fideles, cujus causa est repellendus concubinarius ab Eucharistia, etiam si accessisset ad Confessionem. Idem Eminent. Card. de Lauræa in d. tom. 2. diff. 21. art. 11. n. 347. ubi sic discurreit circa publicum peccatorem accedentem ad Confessionem; vel enim ejus publicum peccatum tale est, ut per solam Confessionem credatur remissum, & emendatum, ut blasphemus, iracundus, ebriosus, & in hoc casu, facta Confessione, potest admitti ad Eucharistiam. Vel ultra Confessionem requirit aliam probationem pro vera emendatione, & scandalo tollendo, & in hoc casu non statim danda est Sacra Communio: & idcirco ipse Auctor Eminentiss. subdit: Concubinarius vel Usurarius publicus, Meretrix &c. si quando isti consentunt, & peccandi occasionem publicam non dimiserunt, relinquunt signum perseverantia publica in peccato. Et deveniens ad conclusionem doctrinæ in his casibus, n. 349. ait: Dico primo: Peccatori publico confesso, relinquenti publice signum perseverantia in eo publico peccato, non potest, neque debet confessor, qui eum audit, ministrare alia Sacramenta, neque in occulto, neque in publico. Hanc eandem doctrinam, de non communicando concubinario deinceps concubinam, ratione scandali in populo, etsi profiteatur, non amplius eam carnaliter tangere, docuit Jordan tom. 1. lib. 3. tit. 3. n. 60. Navar. in Man. c. 16. n. 20. Megala verb. Concubina n. 16. quem refert, & sequitur Diana part. 5. tract. 14. ref. 107. quæ sedet in Coordinato tom. 1. tract. 4. ref. 31.

Decimò: Quia non potuit prædictus concubinarius expiare conscientiam suam & ejusdem concubinæ, Sacramento Pœnitentiæ, attenta prohibitionem Eminentissimi, & Reverendissimi Præfultis facta omnibus Confessariis Diocesis hujus Patavinæ, usque sub 10. Aprilis 1683. absolviendi consimiles personas, nisi actualiter dimissa concubina; prout ex tenore sequentis Edicti.

- » GREGORIO, per Divina Misericordia
» del Titolo di S. Marco Prete CARDINALE
» BARBARIGO Vescovo di Padova, Conte
» di Pieve di Sacco &c. Al suo dilettissimo Cle-
» ro, e Popolo di questa Città, e Diocesi Salute
» nel Signore.
» Non essendo tollerabile l'abuso, col quale
» alcuni Confessori di questa Città, e Diocesi, o
» per poco studio, o per molta libertà di coscienza,
» danno l'assoluzione Sacramentale, & am-
» ministrano li Santissimi Sacramenti à quelli, che
» trattengono nelle proprie Case le Con-
» bine, sopra l'asserzione loro, di non havere
» più insieme copula carnale; il che è reprobatis-
» simo da tutti i buoni Autori sì Theologi, co-
» me Canonisti (a) non solo perche le sudette
» persone sono in prossima occasione di peccare,
» per cui restano incapaci d'assoluzione; confor-
» me alla dichiarazione fatta dalla Santità di N.
» S. INNOCENTIO PAPA XI, (b) mà prin-
» cipalmente per lo scandalo, che risulta dal
» trattenerle esse Donne, con le quali è notoria
» la mala pratica havuta, e per il pericolo mani-
» festo, in cui essi versano di ricadere nella pri-
» miera colpa: per l'una, e l'altra delle quali
» cagioni non si possono dire ben disposti, per
» accostarsi a' Santissimi Sacramenti; oltre il ma-
» l' esempio, che ne ricavano ben spesso i loro
» figliuoli, e nipoti; le discordie nelle famiglie;
» il detrimento della riputatione, e molti altri
» gravissimi mali. Perciò con le presenti pro-
» hibiamo à tutti li Parochi, e Confessori Seco-
» lari, e Regolari, coll' Autorità nostra tanto
» Ordinaria, quanto Delegata dalla Santa Sede
» Apostolica, che in questa materia ci compesce,
» l'assolvere le sudette persone, tanto huomini,
» quanto

» quanto donne; se prima effettivamente se dette
 » donne non saranno stare licenziate dalle case,
 » nelle quali sono cadute, e vissute in concubinato, e
 » promettano da dover d'astenersi affatto da qualsi
 » sia reciproca conversatione, come ricerca il vero
 » pentimento dell' offese già fatte al Signore Dio,
 » e l' obbligo di levare lo scandalo, e d' allontanarsi
 » dal pericolo di ricadere in peccato. Protestan-
 » do a' Confessori, che trasgredissero questo nostro
 » precetto (che gli facciamo in virtù di Santa Ob-
 » bedienza, & in ogni altra più efficace maniera)
 » l' incorso nella scomunica fulminata da San-
 » mi Pontefici contro chi presumesse diffendere
 » opinione contraria, & il severo castigo, che ne
 » riceveranno dall' Eterno Giudice; oltre la priva-
 » zione della facoltà di confessare, alla quale Noi
 » procederemo controgl' inobbedienti. Preghia-
 » mo poi nelle viscere del Signore tutti quelli, che
 » sin hora haveffero tenute le sedette Donne Con-
 » cubine nella propria casa, à non lasciarsi ingan-
 » nare da dottrine non sicure, ò pericolose: mà
 » bensì a restare persuasi della necessità d' allonta-
 » nare da sè onninamente le dette Donne, per leva-
 » re gl' altri dallo scandalo, e sè stessi dal perico-
 » lo, come ricerca il vero pentimento, che pro-
 » fessano delle colpe fatte contro sua Divina Mae-
 » stà; acciò possino ottenere sicuramente il perdo-
 » no, e la salute dell' anima; che è l' unico impor-
 » tantissimo punto, da essere procurato con l' ubbi-
 » dire humilmente a' Prelati, pasti dal Signore Dio
 » al governo spirituale de' fedeli. Dato in Padova
 » dal Palazzo Nostro Episcopale il dì 10. Aprile
 » 1683.

(Gregorio Cardinale Barbarigo Vescovo di Pa-
 dova.

(a) S. Thom. in 4. dist. 15. quest. 1. art. 1. S. An-
 tonin. 3. part. tit. 14. c. 26. Card. de Lugo de Penit.
 dist. 14. n. 149. Azor. in sit. mor. part. 3. lib. 3. c.
 6. in fin. Tambur. de Exped. Confess. lib. 3. c. 3. §. 1.
 n. 2. & 12. Navar. in Man. c. 16. n. 20. Sylvest.
 verb. Confess. quest. 25. & verb. Concubina n. 3.
 Mosconius de Majest. Milit. Eccl. lib. 2. c. 10. in fine.
 Summa Angelica verb. Concubin. n. 1. Riciull. de
 Personis, quæ in statu reprobo lib. 3. cap. 33. Gobat.
 in Exper. Theol. tract. 7. n. 535. in fin. (b) Propos.
 61. & 62. inter damnatas die 2. mensis Martii An-
 no 1679.

Igitur stante tali Edicto in hac Diocesi Patavi-
 na, & prohibitione, absolvendi concubinarios, di-
 centes non amplius tangere mulieres suas concubi-
 nas, in propria eorum domo deitas, manifestum
 est, neminem Confessariorum posse eosdem absol-
 vere, tanquam casum Ordinario reservatum; &
 præsumentes impertiri absolutionem hujusmodi
 concubinariis, præter ejus invaliditatem, incurrere
 penas latis contra Confessarios absolventes à cali-
 bus Episcopo reservatis in Decretis Sacre Congre-
 gationis, emanatis jussu Summorum Pontificum
 Clementis Papæ VIII. die 9. Januarii 1601. & die
 26. Novembris 1602. Pauli Papæ V. die 7. Janua-
 riis 1617. Urbani Papæ VIII. die 17. Novembris
 1628. Innocent. Papæ X. die 7. Decembris 1647.
 De quibus Lauretus de Franchis in Controvers. inter
 Epis. & Regul. part. 1. à n. 1458. & seq. usque ad
 1468. Novar. in Summa Bullar. part. 1. Commen-
 tar. 135. & part. 2. Commentar. 46. & novissimè
 in Bulla Clement. Papæ X. diei 2. Aug. 1670. in-
 cipien. Superna Magni Patris familias. Quæ est
 in Bullario tom. 6. (inter illas prædicti Summi Pon-

tificis) Constit. 7. Et legitur etiam pag. 605. post
 Bussembaum impressum Venetiis anno 1686. Quod
 si absolutionis expers remanet concubinaris cas-
 sus nostri, detinens adhuc domi concubinam; ir-
 refragabilis est consequentia, eundem non esse ad-
 mittendum ad Sacram Communionem. Cap. Qui
 sceleratè, & cap. Timorem de consecr. dist. 2. Et in
 puncto Sac. Trid. Concil. sess. 13. de Sacrosan. Eu-
 char. Sacram. cap. 7. nec non can. 11. latè Emin.
 Card. de Lauræa de Euchar. disp. 25. n. 124, 125.
 & 126.

Neque obstant argumenta in contrarium, dispu-
 tationis causæ, in principio adducta.

Non primum ex cap. 11. qui. Neque secundum,
 ex cap. Christiano dist. 34. in quibus Canonibus 19
 dicitur, haberi posse concubinam à non habente
 uxorem. Nam notissima, eaque concors Theologo-
 rum, Canonistarum, Juristarum, & Moralistarum
 responsio est, quod nomine concubinæ ibi intelli-
 gitur uxor vera, sed ducta absque solemnitatibus, 20
 eo tempore de Jure Civili requisitis, præcipue sine
 legalibus, & dotalibus instrumentis; erat autem
 vera uxor, quia ex testimonio S. Augustino, relato
 in cap. Solet. 32. quest. 2. tria requisita, ad verum
 Matrimonium necessariâ, concurrebant, idest ut ef-
 set uterque solutus, ut alteri non adhererent, &
 filiorum procreationi vacarent, & ut simul usque
 ad mortem permanerent. Em. Card. de Lauræa de
 matrim. disp. 24. art. 7. à n. 168. & seqq. Cova-
 ruvias de Sponsal. part. 1. c. 4. n. 9. DD. in l. Ma-
 trim. ff. de Verb. signific. Menoch. de Arbitr. Jud.
 casu 418. n. 20. Barbof. in collect. DD. ad d. cap. 11.
 qui: ubi alios cumulat dist. 34. Riciullus de Per-
 son. in statu reprobo d. lib. 3. cap. 1. n. 10. ubi ob-
 servat: uxores privatim assumptas in uxores, fuisse
 appellatas concubinas, antequam ab Ecclesia
 prohiberentur clandestina Matrimonia, quibus
 proscriptis: nomen concubinæ indidit: eam tan-
 tum, quæ libidinis explendæ causa domi retine-
 tur, cap. 2. & 3. cap. Kistra, cap. Tua, & cap. fin.
 de Cohabit. Clericor. & mulier. Surdus de Alim.
 tit. 1. quest. 9. n. 11. Card. Peleotus de Nothis, &
 Spuriis cap. 12. num. 12. & 13. Anastal. Germon.
 lib. 1. animadv. cap. 11. Soto Major in cap. 6. Can-
 tic. n. 7. Abulens. in cap. 19. Jud. quest. 4. quos
 allegat Carena de Sancto officio part. 3. tit. 3. num.
 33. ubi lepidum casum refert ejusdem Doctoris 21
 denunciati in Sancta Inquisitione, eo quia dixisset
 in Villa, in qua habitabat, non habenti uxorem
 licitum esse habere concubinam vigore Sacrorum
 Canonum; super qua expressione interrogatus
 respondit, se intellexisse de uxore absque solemnita-
 tibus ducta, juxta text. in cap. 11. qui, & cap. Chri-
 stiano dist. 34. Fuit tamen à S. Tribunali graviter
 objurgatus ob propositionem, quæ his temporari-
 bus censetur scandalosa; & obligatus ad declaran-
 dum coram Parocho, & rusticis illius Villæ, quod
 olim per eosdem Canones nomine concubinæ intel-
 ligebatur vera uxor, quamvis sine solemnitatibus,
 & Instrumentis legalibus ducta.

Tertium non obstat desumptum ex SS. Patribus
 Veteris Testamenti; nam cum illis ex Dei dispen- 22
 satione, ad multiplicandum populum fidelem, lici-
 tum esset habere plures uxores; inter illas, quæ
 prior erat in dignitate, vocabatur Uxor, reliquæ
 dicebantur concubinæ; sed erant veræ uxores; ut
 inter Theologos comprobatur Emin. Card. de Lauræa
 d. tom. 3. tract. de Matrim. disp. 24. art. 7. à n. 149.
 & Mastrius in 4. Sent. disp. 7. n. 218. & 219. ubi
 ratio-

rationem reddit justitiæ hujusmodi dispensationis; itaut Polygamia esset licita quoad maritum, non autem quoad uxorem. Et inter expositores Sacre Scripturæ, Tostatus, Lippomanus, Oleaster, Delrius, Cornelius à Lapide, & alii apud Serlogum in *Cantic. tom. 3. Vestigat. 34. num. 7.*

Quartum non obstat, quia etsi inter Afros, & Hispanos antiquis illis temporibus grassaretur libido, & concubinarum usus, ad eam explendam; attamen non fuit ab Ecclesia, neque à Sacris Conciliis approbatus, ut bene demonstrat Barbof. in *d. cap. 15. qui*, refellens commentitiam Mendozæ assertionem.

Quintum non subsistit, quia vel consideramus Jus Civile ante receptam Christianam Religionem, & nulli mirum si Romani, dum essent Gentiles, admitterent concubinas l. 1. §. 1. *et. ff. de Concubinis.* Ricciull. *de Personis in statu reprob. d. lib. 3. tit. 1. n. 3.* exemplo Hebræorum: Sed an ipsi Gentiles potirentur eadem dispensatione, itaut licite uterentur Polygamia? disputat Sanchez *de Matrim. lib. 7. disp. 30. n. 13.* ubi DD. & Magistrus in *cit. disp. 7. de Matrim. num. 220.* Vel consideratio cadit, postquam Imperatores Romani amplexi sunt Evangelium, & in hoc casu eorum leges non admittunt concubinas, nisi quoad successiōnem filiorum; secus etenim quoad animam, & æternam salutem, quia concubinitas resolvitur in fornicationem, quæ etiam de Jure Civili est prohibita. l. *Imperiales C. de Nuptiis l. Pactionis. ff. Si à parente quis sit man. lib. 4. ff. de Condit. ob turpem causam Ricciull. d. l. 3. cap. 8. num. 3. §. 6. & Gratian. discept. for. d. cap. 51. num. 5.*

Sextum est falsum; nam concubinitas est contra charitatem Dei, quia est peccatum mortale, prohibitum à lege Divina; qui autem legem non servat, Deum non diligit, juxta illud: *Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est, qui diligit me. Joan. 14. 21.* Et è contra: *Qui non diligit me, sermones meos non servat, ibid. num. 24.* S. Thom. 1. 2. q. 87. art. 4. Est etiam contra charitatem proximam, nam offendit statum prolis nascituræ, quæ oritur cum nota ignominia, non delenda toto tempore ejus vitæ; incapax bonorum, dignitatum, & fideicommissorum, itaut plures nothos, & spurios tædeat vivere, ut probat S. Thom. lib. 3. contra Gens. cap. 122. Segner. part. 1. *Christ. Instruit. dist. 23. num. 4. & Card. Paleott. de Nothiis, & Spuriis cap. 65. per totum.*

Septimum tandem cadit argumentum ab auctoritate Doctorum, permittentium retentionem concubinae in propria domo ejus, qui asserit, cum illa amplius non peccare; siquidem eorundem Doctorum sententiam, doctrinam, & opinionem, tanquam scandalosam, & erroneam, damnare Alexander Papa Septimus die 2. Septembris 1666. ad Propos. 41. conceptam his verbis: *Non est obligandus concubinaris ad ejiciendam concubinam, si hac nimis utilis esset ad oblectamentum concubinari, vulgo Regalo; dum deficiente illo, nimis ægrè ageret vitam; & alia epula tædio magno concubinariam assicerent; & alia famula nimis difficile inventiretur.*

Et Sanctissimus D. N. Innocentius Papa Undecimus, qui Anno 1679. die 4. Martii pariter damnavit sequentes opiniones.

61. *Potest aliquando absolvi, qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult*

omittere: quinimò directè, & ex proposito quarit, aut ei se ingerit.

62. *Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis, aut honesta non fugiendi occurrat.*

63. *Licetum est querere directè occasionem proxima peccandi pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel proximi.*

Constat autem, ex eisdem Decretis Pontificiis inflictam esse excommunicationem Papalem contra defendentes eandem damnatas opiniones; & præceptum esse in virtute Sanctæ obedientiæ districte, & sub interminatione Divini Judicii omnibus Christi fidelibus, ne easdem opiniones ad proximum deducant.

Quapropter concludendum, esse prorsus ejiciendam concubinam; deinde concubinarium absol-
vendum, & communicandum; & ita ego practica-
vi 40. ab hinc circiter annis cum junior essem, cum quodam concubinario, in periculo vitæ ob febrem mortalem constituto; qui licet ægrè audisset resolutionem meam de eo non absolvendo, neque communicando ob existentiam concubinae in eadem domo; facta deinde ejecione, & receptis Sanctissimis Sacramentis, obivit in Domino, meam assistentiam flagitans, ac me exaltans corde sincero, ob ejectum dæmonem illum è domo sua.

DECISIONIS XXIX.

Ad Junii secundum Casum.

ARGUMENTUM.

Seiscitatur, an Sacerdos, qui commodè celebrare non potest, seipsum possit communicare, ex devotione?

SUMMARIUM.

1. Sacerdos extra Missam an seipsum possit communicare?
2. Sacerdotes olim non celebrantes communicabantur à celebrante.
3. Sacerdos extra Missam potest seipsum communicare, §. num. 5. & 6.
4. Eucharistia olim concedebatur Laicis, & Eremitis, ut seipsos communicarent.
7. Diacono presente, an Sacerdos possit seipsum communicare?
8. Eucharistia an possit deferri in casu mortis, absente Sacerdote, & Diacono, à simplici Clerico, vel Laico: remissivè.

SECUNDUS CASUS.

Sacerdos ruri celebraturus neque Hostiam, neque Parochum reperit; sed clavem ciborii. Queritur, an seipsum communicare possit, ut sua devotioni satisfaciat?

Muli negarunt; plurimi affirmarunt, & pro utraque opinione tum rationum, tum Doctorum ingens numerus fuit relatus.

Quod non possit Sacerdos extra Missam seipsum communicare opinati sunt Filliuc. tom. 1. tract. 1.

4. cap. 9. nu. 285. Armilla verb. *Communicatio num.*

8. Cajetan. eod. verb. Villalob. in *Summa tom. 1.*